



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. An dispensatio obtenta à Papa contrahendi matrimonium inter consanguineos in gradu prohibito valeat, si in ea falsa causa expressa sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## §. III.

*An dispensatio obtenta à Papa contrahendi matrimonium inter consanguineos in gradu prohibito valeat si in ea falsa causa expressa sit.*

**D**ecisio hujus questionis satis quidem haberi posset ex *Lib. I. Decretal. Tit. De rescriptis.* videri tamen etiam de ea potest *c. Quia circa 6. h. t. & Auth. Metho.* circa hujus capituli explicationem hoc §.

## S E C T I O IV.

*De impedimento publicæ honestatis orto ex matrimonio rato, & nondum consummato.*

**D**ehoc impedimento, quatenus oritur ex sponsalibus de futuro dictam *Tit. 1. hujus libri, Sect. 1. §. 6.* quatenus

verò oritur ex matrimonio rato, & nondum consummato, hic de eo agendum. Quia in re certum est, quòd ex matrimonio rato, & nondum consummato, etiam si hoc irritum fuerit (nisi irritum sit ex defectu consentus) oritur impedimentum hoc dirimens cum conjugalis suæ uxoris matrimonium, atque ad quartum gradum inclusivè; neque enim juris antiqui constitutiones contra Tridentinum, quoad hoc publicæ honestatis impedimentum ex matrimonio rato, prout declaravit Pius V. in *suâ Bullâ ad Romanum 1568. 21. Julij data,* & consequenter, quod de jure antiquo statutum fuit circa impedimentum hoc ex sponsalibus de futuro, circa hoc impedimentum ex matrimonio rato omnino observandum est, cum contracto circa illud, quatenus ex sponsalibus de futuro oritur, ad hoc impedimentum, quatenus ex matrimonio rato oritur, extendenda non sit.

## T I T U L U S XV.

DE FRIGIDIS, & MALEFICIATIS, & IMPOTENTIA COEUNDI.

**I**mpotentia, de qua hoc Titulo agitur, & non tantum sterilitas est proles generationem impediens, quæ nec impediens, nec dirimens impedimentum est; sed idem dicit, ac non posse copulam perfectam maritalem habere, & impedimentum dirimens est, alia est naturalis, orta scilicet ex naturali aliquo defectu; alia ex maleficio Diabolico; alia perpe-

tua, quæ sine miraculo, aut per cohibitos Ecclesie exorcismos, vel sine peccatis illicitæ v. g. incantationis, gravis periculæ vitæ, aut damni corporalis, &c. tolli non potest; alia temporalis, quæ per licita & ordinaria remedia, naturalia, vel spiritualia, &c. tolli potest; alia est abstergens, quæ respectu cujuscunque personæ impotentem aliquem facit; alia respectu quæ